1316

eidem Barbarae ac posteris eius eandem intrinsecam in bona praefata datur
et libere eandem admissurum, datamque et admissa, nullo modo praeditum
et impugnatum, inscribit et obligat, sub vadio Oncentorum florenorum
pecunie mon. et mensis polonicalis, ad solvendum succumbendum. Et hoc idem
coram officio praesenti personaliter stans, praefata Generosa Barbara Bo-
rathinska recognovit, Quia bona praefata, non alio iure praetextu
praesentis Arendae tenebit, et possidebit, post expirationem vero
praedicte Arendae, bona praenominata, eidem Stanislao Stanisszewski vel eius
posteris libere dimittet, eidemque libera inequitatione in bona
praedicta praenominata Barbara Borathinska cum praeteriis suis non de-
negabit. Sub vadio Oncentorum florenorum pecunie mon. et mensis polo-
nicalis ad solvendum eidem Stanisszewski et eius posteris succumbendum,
Nihilominus praenominati Stanislaus Stanisszewski et Barbara
Borathinska, se cum posteris suis, in et super bonis quilibet suis omnibus
mutuo et invicem inscribunt et obligant, praesentem inscriptionem ex his
Actis Castrensibus, ad Acta Terrestria Premisliensia, an decursum unius Anni
tam Coniunctim quam divisim transportare, sub vadio Oncentorum
florenorum pecunie mon. et mensis polonicalis ad solvendum de facto succumbendum.
Pro quibus quidem vadio seu vadiis, ex quacumque re et causa succu-
bitur, et transgressus, si se unus per alium cum successoribus suis rationem
praemissorum Citare permisserit, vel permisserint. Extunc rursus a tribus
dictis iure ac foro suis quibusvis propriis coram officio praesenti Castrensi
Premisliensi, in primo citationis termino tanquam peremptorio, iuri parere
rudere, et loco rationis pro citatis omnibus. Et inscriptioni praesenti eiusque
contentis, totus quoniam opus fuit satisfacere cum successoribus tenebitur,
Eundem terminum primum. Et alios consequenter nulla re exquisita nec co-
lore excogitato, neque indulgentiae neque extraindulgentiae in actione pro maiori ve-
ra vel simplici infirmitatibus successorum minorem mittere, bello expe-
ditione bellica incursu hostium, Aura pestifera, Conventione ge-
nerali et particulari legione inter et extra regnum absentia a regno
interregno, Servitio et negotio quovis, legatibusque quibusvis
impedimentis Nec non Evasionibus praescriptionibus fatalibus iuris suspen-
sionibus penis trium et ter trium Marcarum dilatione ad quietationem

Munimenta, Cuictorem, Motionibus denique et appellationibus ac earum
universis per adiectiones per sequentiaque differentiae et evadendi,
immo se cum successoribus praemissis aliisque omnibus iuris remediis et
beneficiis obrenuntiando, sive et suorum successorum sub amissione
totius causae, Nulla in praemissis Terrestri praescriptione
abusu inscriptionis silentio iuris obstante, Quod memoriali
firmatum est.

1317.

Boratinska tenet Pelka.

Coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Premisliensibus personaliter com-
parens, Generosa Barbara de Strzelczyska, Consors legitima Generosi
Joannis Boratynski de Borathyn vexillifer Premisliensis, cum eiusdem
Mariti sui, ac Generosi Christophori Lyssakowski de Lyssakowe
fratris sui personaliter assistens, et ultroneo ad infrascripta consensu,
a palatinatibus tribus dictis iure, ac foro suis quibusvis pro-
priis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Premisliensi iurisdictioni
se cum successoribus ac bonis suis qualibet omnibus, quo ad actum et effectum
praesentis inscriptionis attinet incorporando subiciendique sana mente
et corpore existens, publice libere, palam ac per expressum recognovit,
Quia Generoso Martino Pelka, et eius posteris, summa Quadrin-
gentorum florenorum pecunie mon. et mensis polonicalis, debiti certi atque
mutuatae pecuniae tenetur et est debita Quam quidem summa Quadrin-
gentorum florenorum pecunie secum successoribus suis, in et super bonis suis om-
nibus obligat et inscribit, eidem Martino Pelka vel eius posteris
huic pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime ven-
turo, totaliter et plenarie dicto solvere, reponere, relinquere coram officio
praesenti Castrensi Premisliensi, reposita et relicta ab eodem officio non ex-
fidembere, neque quovismodo per se vel submissas quasvis personas
arrestare, sub vadio similis summae Quadringentorum florenorum
pecunie mon. et mensis polonicalis, in defectu solutionis summae eiusdem
essentialis pro die et tempore in eadem inscriptione assignatis ad solvendum
succumbendum, ac in summa essentialem et Capitale debitum videlicet O-
ctingentorum florenorum pecunie mon. et mensis polonicalis, nullo dicto iudicii
aut officii ad id accedendum, solummodo virtute inscriptionis praesentis

1318

convertendum. Quod vadium cum summa essentiali inuctum, vigt octingentorum florenorum pecunie, in et super ipsius recognoscentis bonis omnibus hereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus, per ipsam vbinis locorum in regno polonie non quocumque habitis et habendis extendendis et extendi debebit. Insuper prenominata Generosa Barbara Borathinska

1319

se cum successoribus, in et super bonis suis pertractis omnibus, eidem Martino Pella vel eius posteris inscribit et obligat, inscriptionem presentem ex his Actis Castrensibus ad Acta Terrestria premisliensia, ante decursum vnius anni cum oltroneo consensu prenominatorum Joannis Borathinski et Borathii Matitii sui, ac Generosi Christophori Lissakowski fratris sui germani transferre et transportare, sub vadio Quadringentorum florenorum pecunie mon. polonicalis ad solvendum de facto succumbendum, pro qua quidem summa essentiali cum vadio inuctum in vadio seu vadiis ex quacumque causa succubitur, quoniam se eadem Generosa Barbara Borathinska cum suis posteris predicto Generoso Martino Pella vel posteris eius citare permiserit, tocius rendo a terris dictis iure ac foro suis quibusvis propriis et competentibus, coram officio presenti Castrensi premisliensi, in primo citationis termino tanquam peremptorio iuri parere rendere, et loco rationis pro prefato vadio seu vadiis, tum et pro citatis omnibus, et inscriptioni presenti omnibusque eius contentis, in toto tocius quoniam opus fuerit satisfacere dictum et omne indicatum pati, cum successoribus tenebitur, cum terminum, et aliis consequentibus cum et causam terminos nulla re exquisita, nec colore excogitato, neque indulgentia neque extraindulgentia, tum actione pro maiori vera vel simplici infirmitate successorum minorem mittere, bello expeditione bellica incursu hostium Anna pestifera Conventione generali vel particulari statutis et constitutionibus quibusvis novis vel antiquis, laudatis et laudandis legatione intra et extra regnum, absentia a regno in regno, servitio et negotio quovis, omnibusque legalibus impedimentis nec non Cassationibus prescriptionibus fatalibus iuris suspensionibus, poenis trium, et ter trium Marcarum, dilatione ad Quietationem Victoriam, Munimenta vel quevis, insuper Motionibus Appellationibus, earumque universis per adcitationes prosequutionibus

generaliter universis dictionibus de iure communi et consuetudine concedi solitis differendum et evadendum, immo se cum successoribus premissis aliisque omnibus iuris remediis et deffensis renuntiavit, suis et suorum successorum sub amissione tocius causae, nulla in premissis Terrestri prescriptione, abusu inscriptionis, silentioque iurium obstante. Quod mediante firmatum est.

1319

Drohomyski tenet Symanowska

Comparens personaliter coram officio Actisque presentibus Castrensibus premisliensibus, Nobilis Lucas Drohomyski Recedens a terris districtibus, iuribus Iurisdictionibus ac foro suis quibusvis propriis et competentibus, presenti vero Castrensi premisliensi Iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis omnibus quoad actum effectumque presentis inscriptionis attinet, totaliter et plenarie incorporavit subiciendumque sanus mens et corpore exercens, publice libere palam ac per expressum recognovit, Quia Nobili Catherine Consorti relicte olim Generosi Andreae Grochowski, Sudarum vero Nuptiarum Nobilis Joannis Szymanowski consorti legitime, eiusque posteris, summa Centum Quadraginta florenorum pecunie mon. et mensis polonicalis certi atque essentialis debiti tenetur et est debitus. Quam quidem summam se cum successoribus, in et super bonis suis omnibus obligat et inscribit, Eidem Catherine Symanowska vel eius posteris, hinc pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime venturo, totaliter et plenarie dicte persolvere, ac circa officium Actaque presentia Castrensi premisliensi reponere, reposita non ex fide imbere neque sponsionis arrestare, sub vadio similis summae Centum Quadraginta florenorum pecunie mon. et mensis polonicalis, in defectu solutionis summae eiusdem essentialis pro die et tempore supradicto, ad solvendum succumbendum, ac in summa essentialem, et Capitale debitum vigt Ducentorum Octuaginta florenorum pecunie mon. polonie, nullo dicto Iudicii aut officii ad id actendum solummodo virtute inscriptionis presentis convertendum. Quod vadium cum summa essentiali inuctum in et super ipsius recognoscentis bonis omnibus hereditariis et